Angers 40 (lat)

INCIPIT[a] CESSIO

Dulcissema et cum integra amore diligenda sponsa mea nomen **illa** ego **illi**[b] filius **illius**. Dum non habetur incognetum, sed pluris habitur incognitum[c] qualiter te secundum lege Romana sponsata visi sum habire, in animis meis plenius tractavit, ut tibi[d] aliquid de rem paupertaticola mea concidere debire[m][e] Quod ita et feci.

Hoc est, cedo tibi membro de casa cum mobile, inmobile, |[1] in fundo **illa** villa, super terraturium sancti **illius**, cum vilare vel omne circumcincto suo iuxta kaso **illius**, lecto vestito, vestimentum **tantum**, fabricaturas in soledus **tantus**, mancipia **tanta**, his nominibus **illus** et **illus**, boves **tantus**, vaccas **tantas** cum sequentis **tantis**, ovis **tantus**, sodis[f] **tantus**, campo cum silva ferentes modius **tantus**, de unus latus est campus **illius**, vinia iuctus **tantus**, de unus latus est vinia **illius**, prato iuctus **tantus**. Hec omnia superius nominata ad die filicissimo nupciarum, hoc [est][g] ad die presente, habias concessum, dum advixeris, perpetualiter ad [2] ad possediendum absque praeiudicio, cuius[h] terre esse videtur Et quod fieri esse non credo, si fuerit aliquis de propinquis meis seu extrania persona, qui ulumquam[i] tempore qui contra hanc cessione agere aut infrangere vel respondere presumserit, dupplum[jk] quod repetit, et non valiat et hec cessio adque volomtas nostra firma[l] permaniat.

---

[a]INCIPIT CESSIO] Incipit cessio [in dotem] *ergänzt Mab*
[b]illi] *für* illius *Fu*$_2$
[c]incognitum] cognitum *emendiert Zeu*
[d]tibi aliquid] *für* tibi in aliquid *Fu*$_2$
[e]debirem] *für* debire *Fu*$_2$
[f]sodis] = sues
[g]est] *ergänzt, fehlt Fu*$_2$*, bereits Zeu schlug vor* est *zu ergänzen*
[h]cuius … videtur] [sancti illius] cuius terre esse videtur *ergänzt Mab*
[i]ulumquam] ut umquam *Zeu*
[j]dupplum] ‡*verbessert aus* duppum *Fu*$_2$; *lies* dupplum [reddat], dupplum [solvat] *o. ä.*
[k]dupplum … valiat] *lies* dupplum [conponat], quod repetit, et [quod repetit] non valiat
[l]firma] *für* firna *Fu*$_2$*, so auch Zeu*

---

[1]*[fol. 165*^{r}*]*
[2]*[fol. 165*^{v}*]*

Angers 40 (lat), Formulae-Litterae-Chartae Projekt. Hamburg 2023-07-03
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:andecavensis.form040.lat001/passage/1
Heruntergeladen: 2024-07-23